

Dissertatio medica inauguralis, de pleuritide vera : quam, Deo maximo annuente, sub moderamine viri admodum Reverendi Gulielmi Smith, S.T.P. Academiae Philadelphiensis praefecti ; nec non ex curatorum perillustrium auctoritate, et amplissimae facultatis medicae decreto, pro gradu doctoris, summisque in medicina honoribus et privilegiis rite et legitime consequendis / eruditorum examini subjicit Jacobus Proudfit, Pennsylvaniensis Societ. Med. Americ. Soc. ad diem 2 Junii hora locoque solitis.

Contributors

Proudfit, James.

Aitken, Robert, 1735-1802

Aitken, Robert, 1767-1823

College, Academy, and Charitable Schools of Philadelphia.

National Library of Medicine (U.S.)

Publication/Creation

Philadelphiae : Apud Robertum Aitken & filium ; academiae typographos, MDCCXC [1790]

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/y89ppenu>

License and attribution

This material has been provided by This material has been provided by the National Library of Medicine (U.S.), through the Medical Heritage Library. The original may be consulted at the National Library of Medicine (U.S.) where the originals may be consulted.

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.


You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

**wellcome
collection**

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>





UNITED STATES OF AMERICA



FOUNDED 1836

WASHINGTON, D.C.





1240
DISSERTATIO MEDICA

I N A U G U R A L I S,

D E

P L E U R I T I D E V E R A;

Q U A M,

D E O M A X I M O A N N U E N T E,

S U B M O D E R A M I N E V I R I A D M O D U M R E V E R E N D I

G U L I E L M I S M I T H, S. T. P.

A C A D E M I Æ P H I L A D E L P H I E N S I S P R Æ F E C T I;

N E C N O N

E x C U R A T O R U M P E R I L L U S T R I U M A U C T O R I T A T E, E T A M P L I S S I M Æ

F A C U L T A T I S M E D I C Æ D E C R E T O,

P R O G R A D U D O C T O R I S,

S U M M I S Q U E I N M E D I C I N A H O N O R I B U S E T P R I V I L E G I I S

R I T E E T L E G I T I M E C O N S E Q U E N D I S,

E R U D I T O R U M E X A M I N I S U B J I C I T

J A C O B U S P R O U D F I T,

P E N N S Y L V A N I E N S I S

S O C I E T. M E D. A M E R I C. S O C.

A D D I E M 2 J U N I I H O R A L O C O Q U E S O L I T A

P H I L A D E L P H I Æ:

A P U D R O B E R T U M A I T K E N & F I L I U M.

A C A D E M I Æ T Y P O G R A P H O S.

M.DCC.XC.



THE FIRST PART OF THE HISTORY

OF THE REIGN OF KING CHARLES THE FIRST

BY SAMUEL JOHNSON

IN TWO VOLUMES

LONDON: Printed by J. DODD, in Pall-mall, 1763.

THE SECOND PART OF THE HISTORY

OF THE REIGN OF KING CHARLES THE FIRST

BY SAMUEL JOHNSON

IN TWO VOLUMES

LONDON: Printed by J. DODD, in Pall-mall, 1763.

THE THIRD PART OF THE HISTORY

OF THE REIGN OF KING CHARLES THE FIRST

BY SAMUEL JOHNSON

IN TWO VOLUMES

LONDON: Printed by J. DODD, in Pall-mall, 1763.

THE FOURTH PART OF THE HISTORY

OF THE REIGN OF KING CHARLES THE FIRST

BY SAMUEL JOHNSON

IN TWO VOLUMES

LONDON: Printed by J. DODD, in Pall-mall, 1763.

BENJAMINO RUSH, M. D.

THEORIÆ, PRAXEOSQUE MEDICINÆ
IN ACADEMIA PHILADELPHIENSI

PROFESSORI CELEBERRIMO,

VIRO,

Ob summam, felicissimamque Medi-
cinæ peritiam, rerum politicarum
intelligentiam, itemque Pa-
triæ amorem insignem,

ADMODUM PRÆCLARISSIMO,

IMO OB SUOS MORES INTEGROS, AMPLIS-
SIMAM SCIENTIAMQUE BONARUM
LITERARUM, EXEMPLAR OR-
NATISSIMUM, DIGNIS-
SIMUMQUE PRO-
SEQUENDUM;

ET

QUI MIHI PRIMUM MEDICINÆ FONTES RECLUSIT:

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

LIBRARY

OF THE

PHYSICAL SCIENCES

AND

ENGINEERING

DEPARTMENT

OF

PHYSICS

AND

ASTRONOMY

OF THE

UNIVERSITY OF CHICAGO

LIBRARY

OF THE

PHYSICAL SCIENCES

AND

ENGINEERING

DEPARTMENT

OF

PHYSICS

AND

ASTRONOMY

OF THE

UNIVERSITY OF CHICAGO

NEC NON

JOHANNI JONES, M. D.

OLIM CHIRURGIÆ IN ACADEMIA NOVI

EBORACI PROFESSORI ERUDITISSIMO,

PROPTER EJUS SOLERTIAM, PERITIAMQUE

ADMODUM PROFUNDISSIMAM,

IN HAC ARTE, LONGE, LATEQUE CELEBERRIMO,

ITEMQUE

VIRTUTIBUS, LITERIS, MORIBUSQUE,

ORNATISSIMO,

OMNIBUS, PRÆCIPUE PAUPERIBUS

DILECTISSIMO;

CUJUS HUMANITAS, BENEFICIAQUE ERGA ME

QUAMPLURIMA SEMPER FUERUNT:

DENIQUE,

PATRI MEO CHARISSIMO

VIRO ADMODUM REVERENDO

JACOBO PROUDFIT

PIETATE SUMMA, BENEVOLENTIAQUE,

DECORISSIMO:

HOC OPUSCULUM

INSCRIBIT, DICATQUE

AUCTOR.

JOHANNES B. R.
DISSERTATIO
DE

INACTIVITATE
AD

DE

2

DE

DE

DE

DE

DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS,

DE

PLEURITIDE VERA.

SUB appellatione pleuritidis veræ, inflammationes cujuscunque generis, quæ, aliquam membranæ partem vocatæ *pleuræ*, inficiant, est nobis in animo complecti; dum, omnibus de ea cursibus, non tantum internæ cavitatis thoracis superficiiei obrepente sed etiam mediastinum formante, imo et super pericardium et totam pulmonum superficiem expansa, egerimus. Eam clarissimus Cullenus peritissime hac ratione tractavit et mihi videtur prorsus ingenuum; quia ex symptomatibus non possumus, ad punctum, ipsam pleuræ partem quæ infecta sit inflammatione, referre.

A

Verum-

Verumenimvero, haud abs re fortasse, symptomata exhibere, quæ dicuntur ipsam qua partem inflammatio inclusa sit præcipue indicare.

Si ea pleuræ pars costis subjecta habitatio sit inflammationi, in latere, dolor percipietur violens fere et pungens: Affectio hæcce, morbum semper nominatum *pleuritidem veram*, generat.

Dolor infra sternum erit, ad claviculas et vertebrae dorfi sese torquens, si inflammatio mediastinum aggressa: Hæcce dorsalis fortasse pleuritis est, quæ, quibusdam medicorum veterum tractata fuit.

Si in pericardio inflammatio habitat, in sinistro latere dolor erit; tunc palpitatio, anxietas maxima, pertorpidus languor, nec non syncope, hujus affectionis indicia erunt, quæ *pericarditis* nominatur.

Si, ea pleuræ pars, quæ adjacet ad convexam diaphragmatis superficiem, inflammationem conceperit, dolor fiet acutior circum cartilaginem

tilaginem ensiformem, inde ad spuriarum cartilagine costarum, et spinam se extendens: in respiratione vel fæces expellendo, ægrotus, diaphragma impotens ad utendum fiet sine cruciatu gravissimo adaugendo. Hanc affectionem, delirium frequentat plusquam aliquam aliam; itaque PARAPHRENITIS nominata est.

Denique, si pleura inflammata sit, quæ superficiem pulmonum velat, dolor erit obtusior; tunc, tussis et anxietas fiunt potentissimæ, hæcce *peripneumonia vera* nominatur. Sed plurima disseccando cadavera, edocti fuimus, multos pleuritide mortuos esse qui symptomatibus interdum caruissent, quæ suspicata erant, ipsam pleuræ partem inflammatione infectam, indicare.

Quoniam res sic sese habeant, ut nostra *diagnostica* nobis non documenta præbeant, apta investigandæ ipsi pleuræ parti, quæ talem contraxisset, vel si possint, parvi esset; quandoquidem ratio medendi prorsus eadem est in omnibus *statibus*.

Quocirca,

Quocirca, haud a ratione diversum esset, eum morbum *pleuritidem* appellare, qui, quam inflammationem cunque subeuntem ipsi latioris membranæ parti, nominatæ *pleuræ*, indicaret.

Pleuritis sequentibus hisce symptomatibus dignoscitur.

Pyrexia, aliqua quavis in thoracis parte, dolor fere acutus, dyspnæa, et tussis, quæ in suo initio sicca, mox succidior, etiam interdum cruenta est.

DE HISTORIA MORBI.

In sequentibus modis, morbus fere inchoat. Gelidus tremor membra agit ægroti, qui plerumque impetum pleuritidis prævenit, huic febris ardens succedit, interim pulsus fere est frequens, celer, plenus validusque. Cum hæcce paucas horas permansissent, dolor in latere sentietur pungens fere et mordens, et locus dolens sæpe juxta medium sextæ vel septimæ costæ est; tamen aliquis alius locus pleuræ morbo afficiatur. Interea, dolor ab inspiratione

spiratione adeo augetur, ut ægrotus vi summa ad halitum inhibendum nititur, et sponte, quandam sufficationem mavult pati, quam incrementum doloris inspiratione factum.

Incumbere lateri plerumque morbo laboranti dolorem maximum affert; sed non ita semper, nam adhæsiō nonnunquam fiat pulmones inter et pleuram, cum hoc accidit, incumbere lateri morbo laboranti, dolorem nonnihil sublevat. Dolor remanet fortasse uno in latere solo, tamen aliquando ultro citroque movet se, et nonnunquam repentino se a latere primo occupato ad alterum transfert; hoc, imminens periculum prædicat. A dolore interdum tam inopinato acriterque ægrotus corripitur, ita ut non poterit, a positu in quo primum decumbebat, vertere: hoc, sinistrum quoque periculum præfagit.

Ægrotus, spirandi magna difficultate in morbo isto, laborat, imo nonnunquam fiet, ægrotum non posse, dum prostratus jaceret, respirare; tunc necesse erit, truncum corporis ad evitandum illum symptoma, erigere.

Vultus

Vultus rubore suffusus, cephalæa, phrenifis sunt quoque focii pleuritidis frequenter. Paucis diebus, primo, tussis dolorifica erit et nonnihil astricta; sed cum inflammatoria diathesis, ab operantibus humorum extractionibus, imminuetur, succidior fiet et laxatior, tunc, copiosissima excretio muci sæpe cruenti accidet; hoc, ægroto salutiferum lenimen, affert.

Traditum est a medico Huxhamo, se quoddam pleuritidis genus vidisse, quod a tussi tetrica, maximo dolore, gravissima et languidissima ægrotatione pleno cumque pulsu palpitante, initium traxit et videbatur plurimæ phlebotomiæ nos suadere, tamen in secundò sanguinem extrahendo, imo ne aliquando primò, pulsum et vires tam mirum in modum elanguisse, ut in typhoidem febrem cum signis maximæ debilitatis, talia, tremores, subsultus tendinum, profusæ sudationes, diarrhæa biliosa, lingua atra, coma, et delirium, se mutasse. Medicus præterea dicit, sanguinem, hocce a laborantibus morbo, detractum, raro fulvum colorem

colorem induisse: Sed solutum et spongiosum vel fuscum, et tenuissima membrana livida vel vitrea tectum fuisse. M. Huxhamus, his verbis a scriptis Lancisi, utitur “ in pleuritide, “ peripneumonia, &c. si sanguine, e vena sec- “ ta extracto non appareat in superficie crus- “ ta alba—peffimum, vero in altera sanguinis “ missione incipiat apparere—bonum, contra “ si in secundo ne quidem apparebit, abstineto “ statim a sanguinis missione, aliter interficias “ ægrotantem.”

Nuper hac in urbe, juveni gravissima pleuritis accidit, et post biduum vel triduum per usitatas evacuationes, sanguinis missionis et medicamentorum debilitantium, apprehensus a typho magnæ debilitati junctæ; a vix qua, tandem stimulantium ope medicamentorum, talia, vinum, cortex peruvianus, vol. alk. opium, &c. recuperatus fuit; ideoque sæpe nos oportet, lanceam ad quosdam pleuritidis symptomatibus laborantes parca manu adhibere.

E levamine ægrotanti lato perjudicandum est, an emissio sanguinis expediat, si primam
per

per sanguinis missionem vel secundam, ægrotus in debilitatem collapsus erit, si quoque tussis, anxietas et spirandi difficultas remaneant certissimum est, ut venæ sectio prohibeatur.

Si hic morbus mortem trahat, id plerumque tertium inter et nonum diem fit; attamen tempore remotiore nonnunquam accidit.

Pleuritis variis in modis desinat; scil. resolutione, suppuratione, gangræna, vel sanguinis cellularem in texturam pulmonum effusione.

Maximi momenti est, symptomata uni vel alteri harum terminationum adhærentia, intelligere.

Resolutio fieri dicitur, cum inflammatio evanescat sine mollium partium damno, hic finis maxime optabilis est, et nobis semper conandum est eum adipisci. Facilis et copiosa muci e pulmonibus expuitio, spontanea omni ex parte perspiratio, urina multum lateritii sedimenti retinens, simul febris, tussis, dyspnæa,

pnæa, dolor sensim imminuentes, sunt manifesta symptomata, quæ resolutionem pleuritidis indicant. Si resolutio, quartum ante quintumve diem a quo morbus inciperat, non fieret, suppurationem morbo adhærere veteres arbitrati, et primos quatuor dies solos emissionem sanguinis iussere. Sed resolutionem fieri tam sero quam nono die decimove noscimus: tamen aliquando fiat, ut suppuratio ante illud morbi tempus accidat.

Sed si morbus post decimum diem undecimumve ulterius se protrahat, supervenientem suppurationem cum sequentibus symptomatibus timeamus scil. febris dolorisque remissio, pulsus parum durus, minor sitis, ægrotus, rigoribus tremoribusque iterum atque iterum subiens; dum tussis et dyspnæa remaneant. Si gravitatis sensus percipiatur eo quo dolor olim situs fuisset, pus formatum, ex hæctica febre, duobus quotidie exacerbationibus, urina plurimum sedimenti retinente, lingua humida, vultu pallido, sudoribus enervantibus, tussi et pectoris oppressione comitantibus, suspicamur.

Si symptomata violenter sævissent, et inopinato desistunt, quibus summa debilitas succedit, quæ a formicante et languido pulsu indicata sunt, statim adventum gangrænæ expectamus; delirium illius exitus inflammationis certum indicium effert; sputum tunc fetidum et graveolentissimum fiet. Medicus Huxhamus, super eo, verbis Dodonæi sic utitur “qui sanguinem nigrum porosum spuunt, ad instar spongiæ, iis pars aliqua sphacelo correpta est in pulmones et omnes pereunt.”

Effusio sanguinis in cellularem pulmonum membranam est frequentissima et mortifera terminatio pleuritidis, quæ præfocando ægroto sine mora ei vitam eripit: symptomata, quæ, hanc terminationem, adferunt, sunt maxima anxietas, oppressio, dyspnæa; illæ ægrotanti tam graviter instant, ut non possit spirare, nisi truncus corporis erectus esset. Dissectio, cadaverum hanc terminationem pleuritidi fieri probat.

Clarissimi Huxhamus et Cleghornius dicunt se plurima cadavera desecuisse, et investigas-

se,

se, quæ huic morbo victimæ cecidissent, et pulmones fuscos, lividosque fuisse quoad aspectum, et specificè ponderosiores aqua reperuisse. Hic aspectus solus nascitur ex effusione sanguinis in cellularem pulmonum materiam; interea pars serosa evehatur respiratione vel absorbeatur.

Morgagni, de causis et sedibus morborum, alteram pleuritidis terminationem, refert, quæ per effusionem serosam in cavitationem thoracis, morbum dictum hydrothoracem, generat. Putamus hanc rarissime occurrere et eam ex incauta et nimia phlebotomia, prolem esse.

Evacuatio cujusdam generis fere semper resolutionem pleuritidis sequitur, quæ vocatur crisis, talis, laxa expuitio, perspiratio omni ex parte, copiosa urinæ emissio, lateritium sedimentum servans, biliosa diarrhæa, hæmorrhagia ex uno narium, vel vassis hæmorrhoidalibus.

Sed abundans excretio, quæ, in morbi initio sine difficili tussi apparuerat, ex omnibus terminationibus est longe gratissima.

Hippocrates

Hippocrates et alii multum scripserunt de colore sputi materiaque, mortem vitamve significantis; tamen plus e remedio pendet, quod sputum ægrotanti adfert, quam colore vel sputifmatis materia.

Perspiratio, ex suapte sponte universalis nonnunquam crifim huic morbo, reddit; anxietatem et pectoris oppreffionem sublevat et mirum in modum febrilia fymptomata extenuat; attamen, cavendum est, ne a calidioribus mendicamentis, sudorem laceffamus, nam illa mortifera femper fymptomata irritant et periculum imminens ægroto minantur.

Medicus Cleghornius magnam urinæ effufionem plurimum retrimenti fervantem, nonnunquam optandam crifim morbo tuliffe dicit. Hæmorrhagiam ex naso, vel vaffis hæmorrhoidalibus et biliofam diarrhæam, aliquando fymptomata mitigaviffe, opemque præbuiſſe, dicitur; ſed credimus, illas evacuationes ad ægrotum vix multum prodeſſe, et diarrhæa, morbo ſeniente, lethale fymptoma eſt, etiamque debilitatem indicat.

PROGNOSIS.

PROGNOSIS.

DE SIGNIS SALUTIFERIS.

COPIOSA secretio concreti muci, ex initio morbi, quæ sine gravi tussi vel difficultate expui posset, sæpe symptomata grata intendit, si sputum cum sanguinis lituris mistum sit, minime infelix; quod phlogisticam diathesin edomitam esse nonnihil monstrat et morbum ad resolutionem tendere.

Spontanea perspiratio est etiam symptomata faustum; ab adventu cujus dolor, febris, pectoris oppressioque in fugam se conferunt.

Abscessus in aliqua corporis parte apparentes sunt optabilia symptomata. Sed serenitas, tranquillitasque sopor, cum ægrotus, stratus membra super lecto, quiescat, et valida respiratio dolore cariens, sunt ex omnibus symptomatibus maxime salutifera et longe felicissima, semperque gratam crisin afferunt.

DE SIGNIS MORTIFERIS.

FEBRIS ardens, respirandi difficultas cum gravi anxietate periculosa symptomata semper

per sunt; præcipue cum ægrotus neque unum neque alterum latus submittere possit; sed illi resupinandum, si dyspnæa adsit, nisi quod corporis truncus sit erectus, imo licet erectus, si dyspnæa remaneat, malum est. Ægroto facies turgescit, rubescitque et sudor nunc circum caput, nunc pectus, apparens; si simul pulsus debilis, celer, trepidusque fiet, tunc mortiferum periculum ægrotanti impendet.

Tussis continuata, dolorem augensque symptoma inauspicatum est, præsertim cum sicca. Si dolor a latere primo occupato usque ad alterum se extendat vel si subito ultro citroque moveat se, hoc multum periculi indicat; delirium, diarrhæa et frigus extremitatum symptomata lethalia sunt, semperque ad mortem spectant.

DE CAUSIS PÆDISPONENTIBUS.

Quidam corporis habitus, huic morbo, magis opportuni quam alii sunt. Homines, quibus admodum robustum torosumque corpus est, nec non pauperes, qui, difficultatibus, plurimis laboribusque subjecti, inflammationibus pectoris,

toris, valde obnoxii sunt. Qui thorace male conformato præditi, item qui potibus spirituosis dediti, vel qui incurfiones plures pulmonicarum affectionum aliqua in ætate vitæ fuæ paffi ab ifto morbo sæpe afficiuntur. E contra mulieres, infantefque, imo quifque imbecillis mollifque corporis habitus, vix pleuritici fiunt. Hippocrates ait, “ qui acidum eructant, raro pleuritici fiunt.”

DE CAUSIS OCCASIONALIBUS.

Alternæ applicationes frigoris, calorifque in corpus pleuriticos efficiunt. Huic, vis pleuritidis, autumnalibus, vernifque tempeftatibus, cum viciffitudines cœli a frigore ad calorem fiunt fubitæ, inclementefque, clarum testimonium præbet. Hic morbus aliquando vere tam rapide, lateque graffatur, quofdum medicos, prognatum effe e pestifero contagio, putaviffe; fed, omnino natum variis viciffitudinibus cœli in his temporibus, opinamur. Omnes injuriæ organis refpirationis factæ quafi prolapfiones, ictus, vel aliqua vis, thoraci alata hunc morbum generant; præterea, a fuppreffione alicujus evacuationis ufitatæ aliquando

aliquando fit, hoc per majorem humorum fluxum in pulmones, quam consuetum accidit.

DE CAUSA PROXIMA.

Sententiæ medicorum de inflammationis causa proxima fuerunt inter se dissentientes: sed nobis videtur proximam causam in adaucta actione vassorum partis dolentis constare, ad locum eundem, majorem sanguinis fluxum, impellente. Hocce, melius caloris, doloris, ruboris, tumefactionisque, quæ inflammationis usitata symptomata sunt, quam vel Boerhavi lentor, error loci, vel Culleni spasmus, rationem monstrat. Quando, historia, prognosticis, causis remotis, proximaque memoratis; rationem medendi sequamur, et nos, se ad remedia, quæ solent adhiberi ad morbi resolutionem adeptiscendam, restringamus; suppurationem, suasque appendices exequi limites hujus opusculi longe excederet.

DE RATIONE MEDENDI.

Indicatio curæ in hoc morbo est, adauctam actionem et impetum, cordis, arteriarumque, minuere. Varia remedia ad hoc per-

perficiendum sunt; sed summa confidentia in venæ sectione sita est, hanc evacuationem tam nos oportet adhibere quam symptomata se ostendunt. “Principiis obsta, fero medicina
“paratur, cum mala per longas invaluer
“moras.”

Fortasse in nullo morbo magis opus est illo præcepto quam pleuritide; si enim sanguinis missio omittatur vel negligatur, donec symptomata violenta fiunt, ægrotus vix convalescere poterit.

Venæ sectione sola, graviora symptomata, qualia, anxietas, dolor, dyspnæaque mirifice mitigantur. Quod ad sanguinis quantitatem excipiendam, nulla certa regula tradi potest; habitudo, ætasque ægrotantis cum vi symptomatum, in omni modo nos docebunt. Si morbus sit mitis, prima sanguinis emissio cum aliis remediis, quæ, postea alio loco, nominabimus, totum morbum amoveat; sed interdum necesse est, ut phlebotomia, iterum atque iterum, repetenda. Cum morbus, magna vi inceperit, opportunum erit, imo necessarium sanguinem emittere, bis terve die quo incipiat.

Veteres fufpicabantur non oportet nos venæ fectionem poft tertium diem ab invafione morbi adminiftrare, nam fuppurationem, fi morbus longius fe protraheret, fieri putabant, fed nunc refolutionem accidere decimo, undecimove invenimus, et phlebotomia adhibenda per id omne tempus, fi fymptomata, cum magno commodo fic requirant. Ubi exfcretio laxa fuccidaque fit, per quam, multo, dolor, dyfpnæa, aliaque fymptomata difpelluntur; venæ fectione omittatur; fed fi fymptomata urgeant nihilo fecius expectoratio adfit, lanceam occupare audebimus, quia fanguinis emiffio non expectorationi obftat, nifi maxima debilitas adfit, quando ea fiat, fymptomate crefcente, ægroto exfpuanti mucum in vaffis bronchiorum collectum refiftat.

CATHARTICA vix ullum locum in hoc morbo tenent; fed ut fæcum retentio excitat, exafperatque febrem, maximi momenti eft vincere alvi aftrictionem, ventremque folutum tenere. Hoc efficere, Glauberi fales, vel clyfmata facta ex aqua calida, oleo, faccharoque adhibenda, illa ventrem fatis folvunt, fine ftimulatu torminive vifcerum. EMETICA

EMETICA. Ufus vomitionis plenæ in inflammationibus thoracis, prohibitus est. Meritò celeberrimus Cullenus, usum vomitionis plenæ esse periculosum cum pleuritide affectis, opinatur; sed ea post evacuationes sanguinis emissionis, laxantiumque, cum commodo maximo, saluteque utantur. Illa, evacuendo stomacho, expectoratione excitanda, humoribus summo corpori attrahendis, remedia esse mirifice apta ad pulmonicos morbos medendos, videntur. Duo, triaque exempla, in quibus plena vomitio, post primam venæ sectionem, statim adhibita, succedebat cum mira utilitate, vidimus. Nauseantes dotes emeticorum etiam opportunæ sunt, nam expectorationem incitant, humores summo corpori trahunt, opemque pulmonibus præbent.

NITRUM quoque est remedium frequenter adhibitum in morbis phlogisticis, calorem corporis, febrilia symptomataque imminuit, secretiones et urinæ et perspirationis efficit, præsertim cum parvis dotibus tartari emetici mixtum.

Nitrum

Nitrum a quibusdam tussē ciere dicitur quod fuit argumento cur ejus usus in pleuritide prohiberetur: sed medicus Cullenus sua maxima experientia, quadraginta annos, tussē ciere perraro nitrum reperit, et ille opinatur, si id tussē unquam excitet, peculiari habitudini tribuendum est, itaque propter id, ejus opes non negandæ nobis.

VESICATORIA sunt remedia potissimum approbata in pleuritide curanda; quandoquidem irritatio operationi vesicatoriorum adhæret ideoque est probabile ut emplastra epispastica procrastinentur, donec phlogistica symptomata, idoneis evacuationibus, minuantur. Parti dolenti vesicatoria imponerentur si fieri possit; aliquando necesse est vesicatoria terque quaterque adhibere quod multo melius quam perpetuum vesicatorium per unguentum epispasticum, est. Ea, ægrotanti humoribus ad superficiem corporis alliciendis, et irritabilitate pulmonum diminuenda, prodesse videntur.

Ex remediis præcedentibus, summa nostra spes in hoc morbo medendo, pendet, quandoquidem

quidem expectoratio huic morbo prope semper adhæret, et salutifera esse videtur: Medici, medicamentis uti inducti fuerunt, quæ, ad hanc rem spectare opinabantur; hæc, expectorantia nominantur.

EXPECTORANTIA fere semper adhibita, squillæ, gummi ammon. sal volatilis, assafætida, gummi Arab. cum aliis quibusdamque, sunt.

Squillæ sunt expectorantia, quæ plurimi estimatæ fuerunt; sed quando magna ex parte stimulant, usus earum deferendus est donec, diathesis inflammatoria edomita erit, tunc adhibitæ cum incolumitate; sed ut nauseam, vomitionemque semper provocant, ægrotanti insuaves sunt. Idem gummi ammoniaco objiciatur.

Ex omnibus expectorantibus, volatilis sal est longe efficacissimus; sed ob suam vim stimulantem, retinendus est usque ad opportunam tempestatem, ubi phlogistica diathesis victa sit, tunc sanitatem ægroto affert, quia non solum expectorationem incitat, sed etiam eum juvat,

viresque

viresque ei suppeditat. Affasætida est mitis stimulus, et in pleuritide adhibeatur, magna cum utilitate; nam expectorationem perspirationemque promovet.

Sunt alia remedia, qualitate demulcente, quæ nonnunquam profunt, talia gummi Arabicum, semen lini, &c. Ea non videntur valde esse efficacia; tamen leniendo irritationem, tussē mitigant et sic quietem levamenque ægroto ferunt.

Vapores aquæ calidæ vel aceti in os pulmonesque recipiantur per Mudgii inhalorem, multumque profunt. Siccitatem in guttere remonent, de qua, magna murmura ægrotantes effundunt, atque expectorationem generant.

Non convenit inter medicos de adhibendi opii in hoc morbo proprietate. In morbi initio, dum inflammatoria symptomata audaciter grassentur, opium certe multum nocet, quia iis vires novas addit; sed cum diathesis phlogistica refugisset, symptoma solum contumax relictum est expectoratio tenuis muci,

quæ

quæ tracheam tittilat, tussē laceffitque, hoc ægrotum enervat, defatigatque multum; hic opium, sine ullo periculo utatur, mucō secreto opportunitatem conspissare præbet, tussē sublevat, gratam ægroto quietem affert, quæ ei semper valde placet.

REGIMEN POTUSQUE. Nos oportet antiphlogistico regimini, summo cum studio adhærere, quod stimulo careat cujuscunque generis sit. Calor stimulus potentissimus est, quem invenimus adhuc, ideoque omni conamine nostro, repugnaretur. Ægrotum oportet, quantum possit, effugere e lecto, si caloris stimulantē vires vult vitare; sed si necessitas eum decumbere coerceat, durus lectus, tenueque stragulum illi est eligendum. Si inflammatoria symptomata furant, cubiculi calorem raro oportet quadraginta vel quadraginta et quinque gradus Farenheitiani thermometri superare, attamen hoc pristina habitudo ægrotantis aliqua ex parte commonstrabit; sed ut diathesis phlogistica diminuat̃ur et expectoratio sponte venit, temperies cubiculi elevatur, præsertim si ægrotus debilitate afficiatur.

Omnis

Omnis motus corporis evitandus, et positus quietus feligendus. Multiloquium, ad respirationem accelerandam, multum nocet, itaque studiose est vitandum.

Labor animi est stimulus corpori, itaque meditatio, consideratioque omittenda est. Recens alimentum in ventriculo est stimulo systemati, si fieri potest, magna ex parte negandum in hoc morbo. Caro potusque spirituosus in se vim stimulantem habent et sic ægroto prohibendi. Perceptio fitis corpori semper stimulum adfert, ideoque diligenter removenda a frigidis potionibus dilutis. Calorem corporis fitimque hoc in morbo magis accendi quam aliquo alio, insatiabile desiderium ægroti ad frigefactas potiones, testimonium præbet; et nos oportet in harum usu ægrotantibus indulgere, dum symptomata phlogistica vigent; sed necesse sit, morbo declinante, calefactas et cardiacas potiones exhibere, si debilitas adest.


Ab usu salutifero frigidi aeris, potionumque in inflammatoria variola, rubeola, acuto


rheumatismo,

rheumatismo, multis cum aliis morbis, eas æque in plueritide prodesse arguimus et eas sæpe adhibitas cum exitibus maxime salutiferis, vidimus.

Hoc opusculo peracto, hujus inclytæ Aca-
demiæ spectando Præsidi itemque medicinæ
professoribus dignissimis, viris, probitate sum-
ma, eruditioneque, vestitis, a quorum prælec-
tionibus multum decerpsi, quibus plurimum
me debere profiteor, cum animo sincero,
gratias maximas ago, ut vigeant, et vivant,
diu, feliciterque precor!

S C R I P S I.





Med. Hist.

WZ

270

P968d

1790

c.1

